Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ Masouiæ,
Samogitiæ, Kiouiæ, Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ Liuoniæ
Smolenſciæ Seueriæ Czerniechouiæq; Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ
& Princeps Elector.

Nº 16.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest vniuersis & singulis. Reperiri in Actis Metrices Regni Diploma Inuestituræ olim Illustrissimi Domini Friderici Casimiri in Liuonia Curlandiæ & Semigalliæ Ducis, cuius tenor est eiusmodi. Joannes Tertius Dei gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ Samogitiæ, Kyouiæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ, Liuoniæ Smolenſciæ Seueriæ Czernie, chouiæq. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniuersis & Singulis: Quomodo coram Nobis & Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Maioris personaliter comparens Inclytus Nicolaus Chwalkowski Residens ad Latus Nostrum Illustrissimi Domini Friderici Casimiri in Liuonia Curlandiæ & Semigalliæ Ducis obtulit, & ad inrossandum in Acta præsentia porrexit, Diploma Inuestituræ eiusdem Illustrissimi Ducis in Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ, Manu Nostra Regia subscriptum, & Sigillis Majestaticis Regni Maioris, & Magni Ducatûs Lithuaniæ Minoris Cancellariarum pensilibus, in pixidibus argenteis munitum, Sanum, Saluum, illæsum, omniq; Suspitionis notâ carens. Cuius tenor de verbo

Tenor Literarum

verbo ad uerbum sequitur, estq; talis. In nomine Dom.
ni Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Joannes
Tertius Dei gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ
Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samobitiæ, Kijouiæ, Volhyniæ,
Podoliæ Podlachiæ Liuoniæ Smolen? Seueriæ Czernechoviæ
Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest
huius & futuri temporis Vniuersis & Singulis. Cum
iam antea Illustrissimus olim Princeps, Dominus Gothardus
Curlandiæ & Semigallię Dux, tunc temporis Equestris
Ordinis Teutonici Magister, Vniuersa cum Liuoniæ Nobilitate
Ciuitatibus, Stratibus, atq; Ordinibus omnibus, se, ad Se-
renissimi Prædecessoris Nostri Domini Sigismundi Augusti
& Successorum, Regniq; Poloniæ, & Magni Ducatûs Lithua-
niæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, caterarumq;
Ditionum Nostrarum fidem ac potestatem contulisset, &
in omne tempus subiecisset, idq; vt faceret, ustissimis
grauissimisq; Causis, & pernecessarijs Liuoniæ rebus ad-
ductus esset. Magno nempe Moschorum Duce, longo &
crudelissimo bello, in eam Prouinciam, grauissimè incum-
bente, ac longè lateq; omni iniuriarum, direptionumq;
genere, & flammâ ferroq; Sæuitiâ grassante, iamq; eousq;
armis progresso, vt nihil, non in eius potestatem venturum
cunctaq; in illâ hostili superatum, atq; excisum iri, aude-
rentur. Iam eius Illustritate, cunctisq; Liuoniæ Ordinibus,
belli magnitudine admodum fractis, & nec quam Sere-
nissimorum Imperatorum Romanorum, Sacriq; Romani
Impery fidem, auxilium & opem diu implorantibus.
Spem iam nullam, non modo pristini Statûs Prouinciæ
sed nec quidem salutis, libertatis, Vitæq; Singulorum

amplius

amplius retinendæ habentibus, aliam, quam quæ in
Serenissimorum Poloniæ Regum & Regni, Magnīq; Duca-
tus Lithuaniæ defensione, atq; imperio sita esset, quod
tum eius Illustritas, tum Liuonia Vniuersa à Sereniss-
simo Prædecessore Domino Sigismundo Augusto, in
fidem, potestatem, ac ditionem suam, & Successorum
suorum, Regni Magnīq; Ducatūs Lithuaniæ, certis con-
ditionibus, iuste legitimeq; recepta sit. Et quia Illustri-
tatis eius Studium in adducenda ea Prouincia ad sub-
iectionem, ditionemq; Poloniæ Regum singulare extiti-
set et ita mereri eius Dignitas, Virtus, Fides, censeretur,
illi mutato, ex Consilio Equestris Ordinis Statu prior
approbante eam rem Serenissimo Rege Domino Si-
gismundo Augusto, ab eodem, tanquam Supremo,
directo, naturali, ac perpetuo, Feudi illius Domino,
Ducalis Titulus cum omni dignitate, insignibus, Pri-
vilegijs Ducalibus, ac Ditionibus certis, tributus. Et
eius Illustritas Vasallus Poloniæ Regum, Feudatariusq;
Princeps, & Regni, Magnīq; Ducatūs Lithuaniæ membri,
factus fuerit, prout Diplomate iam ante Diuo Prædi-
cessori Nostro Domino Stephano Regi exhibito, ac Vilnæ
Vigesima Octaua Die Nouembris, Anno Domini Mille-
simo, Quingentesimo, Sexagesimo, Primo, perscripto, &
Sigismundi Augusti Prædecessoris manu Subscripto,
Sigillo autem eius annulari signato, certius fusi-
usq; continetur. Quod præterea cum Illustritas eius
de Solenni sua Inuestitura Feudali Serenissimum

Prædecessorem Divum Sigismundum Augustum, aliquo-
ties appellasset, & per temporum rationem, magnitudi-
nemq; Regni Negotiorum, Voti sui Compos, Regnante
viuentęq; prædicto Domino Prædecessore Nostro effici
non potuisset, postea verò a Serenissimo Stephano
Rege & Prædecessore Nostro, ad Regni Poloniæ, Magnq;
Ducatûs Lithuaniæ fastigium, Dei benignitate euecto
diligentissimis precibus, Confirmationem suorum
Iurium à Domino Sigismundo Augusto concessorum,
& Ducalem Feudi Inuestituram, priùs in Comitijs,
ab eodem Domino Stephano habitis flagitasset; Sed
cum magnitudo, varietasq; occupationum, Eius Se-
renitatis, tum locorum quoq; interualla, id à Serenitate
eius præstari non paterentur, eiusq; rei peragendæ &,
ex Consilio Regni Nostri Consiliariorum, qui partim
Serenitati eius adfuerunt, partim per Literas, de eo appel-
lati fuerunt, pariterq; eorum, qui ex Magno Ducatu
Lithuaniæ frequentes Serenitati Eius in Senatu asse-
derunt, in alium locum, tempusq;, opportunitate eius
rei constitutâ, cum Illustritas eius, ad Diem Quartæ
Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quingente-
simo, Septuagesimo, Nono, Sub generalem Exercitum
delectum, & recensitum ad Flumen Dunam, prope
Dysnam, quo in loco tum idem Serenissimus Prædé-
cessor Noster Castra habebat, accessisset, inq; Castris, &
Territorio Serenitatis eius Inuestituram ab eodem Sere-
nissimo Decessore Nostro petijsset, & Fidelitatis, Subie-
ctionisq; Iusiurandum, eidem Serenissimo Prædecessori

Inuestitura à Stephano in Castris

Nostro

Nostro eiusq; Successoribus, Supremis, directis Natu-
ralibus, & perpetuis Dominis, Regno Magnoq; Ducatu
Nostro Lithuaniæ præstitisset: Quod tum idem Sereniss-
simus Prædecessor Noster Stephanus Rex, ex Consilio
Senatorum, tam Lateri eius assidentium, quam per
Literas de eo requisitorum, prænominatum Illustriss-
simum Principem Dominum Gotthardum Curlan-
diæ & Semigalliæ Ducem, ad Terras, Ciuitates, Oppida,
Arces, Possessiones, quas a commemorato Serenissimo
Prædecessore Nostro concessas habebat, ac præeminen-
tias, Juraq; omnia & Singula, tradito ab eodem Sere-
nissimo Decessore Nostro Stephano Rege, Solenni ritu
Feudali Vexillo Serenitas sua inuestiuerit, Serenissi-
mus quoq; Sigismundus Tertius Poloniæ & Sueciæ
a Sigismundo Rex Illustrissimo Principe Gotthardo mortuo, Filijs
3. Illustritatis eius, Illustrissimis Principibus Domino
Friderico & Guilhelmo, eorundem Iurium Confirma-
Jnuestiti Friderici et Guilhelmi tionem, & Ducalem Feudi Inuestituram, diligen-
tissimis itidem precibus flagitantibus, prædictos
Illustrissimos Principes, Fridericum, & Guilhelmum,
Illustrissimæ quidem Principem Fridericum præ-
Friderici presentem, Illustrissimum vero Principem Guilhel-
Guilhelmi per mum per vnum ex Consiliarijs Fratris Sui, Vexillum
nuncium et Consiliarijs porrectum apprehendentem, ad easdem Terras, Ciui-
Suis tates, Oppida, Arces, Possessionesq; ac præeminentias
Juraq; omnia & Singula, tradito Solenni ritu Feudali
Vexillo, Vtrumq; in Solidum, Sine tamen Ducatus
Dismembratione

Dismembratione inuestiuerit. Et sublato ex hu-
manis Serenissimo Rege Diuo Sigismundo Tertio Illu-
strissimus Princeps Fridericus, in felicis Inaugurati o-
ni. Serenissimi Regis Vladislai Quarti Decessoris.
a Vladislao iuniore Comitijs, tam propter difficultates itinerum, quam
temporis angustiam, ad præstandum Vigore Pactorum
& Inuestiturarum Homagium, adesse non posset: pra-
fatus quoq; Rex absentiam Illustritatis eius, vi bonam
partem, ex allegatis rationibus accipiens, eius Homagij
præstationem, ad proxima tunc Comitia, vel felicem
eiusdem in Magno Ducatu Lithuania Vilnam aduen-
distulisset: prædictusq; Illustrissimus Curlandiæ Dux Fri-
dericus, iuxta responsum Serenitatis suæ, Solennis Iura-
Fridericus Vilnus menti Regi, Regnoq; præstandi causâ Vilnam in propria
Persona venisset, & Die Vigesima Mensis Julij, Senatori-
bus Latere Serenitatis suæ assidentibus, Officialibus, &
Aulicis Regijs, magnâq; frequentiâ Nobilitatis, præsentia
in vestibulo suscepta Inuestituram a Sua Serenitate petijsset. Iusiurandum
præscriptis Verbis, Solenni ritu & ceremonia, Regi Regno
præstitisset. Junior vero tunc Illustrissimus Dux Jacobus,
Sui Illustritatis & Fratre Nepos, tunc temporis præsens
Jacobus ad tactum Vexilli admissus tanquam Legitimus Successor & a Serenitate Sua
Vexilli admissus ad Contactum Vexilli admissus fuisset. Serenitas Sua
prædictum Illustrissimum Principem Fridericum, ad
easdem Terras, Ciuitates, Oppida, Arces, Possessiones
ac præeminentias, Juraq; omnia & Singula rite
Solenn

Solenni ritu Feudali vexillo, inuestiuerit. In Comitys
verò Anni Millesimi Sexcentesimi Trigesimi Octaui
à Sua Illustritatis, ac Ducatûs Curlandiæ, atq; Semi„
gallia Nobilitatis eo Nomine Varsauiæ ablegatis Inter„
nuntys Serenitas sua interpellata esset, dignaretur
Consensum Suum Regium præbere, vt prædictus Illu„
strissimus Princeps Friderieus, ætate confectus, liberã
& plenariam facultatem haberet, cedendi Regiminis
& Possessionis Ducatûs Curlandiæ & Semigalliæ, Illu„
strissimo Principi Iacobo, ex Fratre Nepoti, Serenitas
sua ob prænemoratam Causam, re hâc priùs cum Do„
minis Senatoribus Regni, Magniq; Ducatûs Lithua„
niæ, in ijsdem Comitys Regni Generalibus, Late-
re suo assidentibus, diligentissimè perpensâ, eoq; con„
siderato quòd prænominatus Illustrissimus Princeps
Iacobus vigore Pactorum & Inuestiturarum a Serenissi„
mis Prædecessoribus Serenitatis Suæ Diuis Polonis Re„
gibus concessarum, & per Serenitatem Suam ex Sena„
tûs consulto, in solenni Inuestiturarum istarum reno„
uatione confirmatarum, tanquam Simultaneè in„
uestitus Princeps, et ex pacto, & prouidentia Aui, & Pa„
trui sui, legitimus Successor, alias in Ducatus Curlan„
diæ & Semygalliæ successurus sit, petitioni huic hu„
millimæ, & primæuæ Subiectionis Pactis, Inuestituris,
atq; responsis, tam suis, quam Reipublicæ, congruè
locum dandi

locum dandum, Consensumq; Regium, Speciali in ijsd
Comitijs ex Senatus consulto eo nomine dato Diplomate
præbendum esse duxit, prout etiam constanter præbuit.
Et licet quidem Sua Illustritas, Dux Fridericus, Consen-
sum Serenitatis suæ ex Senatus Consulto, de faciendo
in Personam Ducis Iacobi Cessione, a Serenitate Sua, per
Suum, ac Ordinis Equestris Legatos obtinuisset, et certis
Conditionibus, Cessionem fecisset. Duxq; Iacobus inhæ-
rendo Consensui, Homagij præstandi causâ ad Seren-
tatem suam in propria Persona, ad Diem præfixam
Vilnam Venisset, ac Iuramentum præstare paratus, solen-
nem Inuestituram expediri a Serenitate Sua, humillimè
sollicitasset: Serenitas uerò Sua Cessionem illam ultra
tenorem Consensûs non factam fuisse, cum Dominis Sena-
toribus, ac Consiliarijs Suis Regijs, lateri Regio suo assiden-
tibus, ex Cessionis Instrumento, coram Serenitate Sua pro-
ducto perspexisset. Nihilominus tamen, ob insignia
dictorum Principum, ac imprimis Illustrissimi Ducis
Friderici in Reges & Rempublicam merita, et ex sin-
gulari erga Domum Ducalem affectu, & beneuolentia,
defectum nonfacta plenariæ Cessionis, ex plenitudine
potestatis Suæ Regiæ, Supplendum beneficium illud am-
plificandum. Cessionemq; illam conditionatam, a Re-
thoritate Regiâ Subleuandam esse duxit. Eundem
Ducem Iacobum ac illius Hæredes Masculos, Legitimos
Feudi Successores, eo modo ad Terras, Ciuitates, Oppida

pipcapione
a Thuricu

eu haeredes
Iuoch masculi
Feudi Successores

Arces

Arces, possessionesq; a D.D. Decessoribus suis Illustrissimus
Auo, Ciusq; Haeredibus, ac Patruo, Duci Friderico conces-
sas, & praeminentias, Iuraq; omnia & singula tradito
a Serenitate Sua solenni ritu Feudali vexillo, inue-
stiuit, Diplomate Consensus, antea ex Senatus con-
sulto, a Serenitate Sua obtento, vti fundamento totius
istius actus Saluo & in suo robore conseruato.
Cuius Vigore Illustrissimus Princeps Fridericus quan-
docunq; ipsi libuerit Cessionem realem & plenariam
cum Iurisdictione & regimine in Personam Ducis
Jacobi facere, intra fatalia tamen Iuris posset. Sin uero
contigisset Ducem Iacobum, post factam sibi a Duce
Friderico Cessionem, absq; prole mascula, è uita de-
cedere, tunc nihilominus idem Ducatus non obstante
eadem Cessione ad Ducem Fridericum redire, ac penes
ipsum Vigore praeteritarum ipsi concessarum Inuesti-
turarum, remanere debuisset. Ducem quoq; Iacobum
etiam non obtentâ ante decessum Illustrissimi Prin-
cipis Friderici Cessione vi Pactorum primeuorum &
Inuesturarum, tum quoq; diuersorum responsorum,
& istius homagy intuitu circa Feudum Ducatûs,
possessionem q; cum pleno regimine, itidem eiusdem
Inuesturâ vigore conseruauit. Serenissimos què
Successores, conseruare debere decreuit, hac Speciali
conditione adiecta, vt Dux Iacobus, siue post cessum
Siue post decessum Ducis Friderici, non prius possessi-
onem

non obtenta ante decessu Friderici inuestitura

Possessionem ac Regimine

onem illius Ducatûs adire, Iurisdictionemq; exercere in-
cipere, antequam per Commissarios ad faciendam Intro-
missionem, à Serenitate sua deputandos, legitimè intro-
missus fuisset, Possessione porrò, ritè & legitimè prævi à
Cessione, & Intromissione, cum pleno regimine adeptâ,
& per aliquot annos iuxta Investituram ac Pacta Conventa
pacificè habitâ; Cum Sublato ex humanis præfato
Serenissimo Rege Vladislao Quarto, & Electo in Regem
Poloniæ Serenissimo Ioanne Casimiro Antecessoribus,
Nostris, prænominatus Illustrissimus Princeps Iacobus
in Comitijs Coronationis illius ad præstandum homagium
per Internuntios Suos, gratiam illius humillime expetiss.
accuti Serenissimi Antecessores Nostri Reges Poloniæ
in augenda ac ornanda Singularibus beneficijs
Illustrissimâ Curlandiæ & Semigalliæ Ducum Familiâ
in omni occasione, maxima exhibuerunt documen-
ta ita ut Serenissimus Ioannes Casimirus Illustrissimum
Principem Dominum Iacobum, pari affectu & benevo-
lentiâ complexus, novum hoc beneficium eidem conces-
ut per Legatos suos, cum debitâ Fidelitatis & subiectionis
Tesserâ solitâ Solennitate Homagium præstare & Inve-
stituram ritu consueto recipere posset; Quâ benevolen-
tiâ Regiâ condignè acceptâ, is Idem Illustrissimus Prin-
ceps Dominus Iacobus, ad Serenissimum Ioannem Casi-
mirum Antecessorem Nostrum Legatos Suos Generosos
Georgium Vischer de Viceden, Supremum primæ Instan-
tiæ

Quia personam suam immunitate muniret

tia Mitauiensis Capitaneum & Cubiculi Regij Fa-
miliarem: atq; Georgium Göes Capitaneum Sehrun-
densem misit, qui Varsauiæ Die Vigesima Mensis
Maij Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Qua-
dragesimo, Nono. coram Throno Regio, in manibus
illius, solemni ritu, nomine Illustrissimi Principis Do-
mini Iacobi Homagium præstiterant, et vicissim à
Serenissimo Antecessore Nostro, Iure gratiæ, Feudale
Vexillum, cum Inuestitura humillime receperant.
Item à Serenissimo Michäele per Legatos suos Gnõos
Christophorum Henricum Puttkamer Supremum Capi-
taneum Tuckunen?, & Georgium Firchs Clonellum,
eandem ritu Solenni traditione vexilli acceperat gratiæ?
Nec minori quoq; benevolentiæ Regiæ documento,
Nos cum Vocatione illius, per quem Reges regnant, ad
Regale Solium evecti essemus, illum ipsum Illustrissimæ
Ducem Dominum Iacobum amplexi, eius Illustritati
pro recipienda per Legatos Suos. iuxta beneficium Dni
Michäelis Antecessoris Nostri, Illustritati eius concessum,
Inuestitura, Ultimam Diem Julij, Anno Millesimo, Sex-
centesimo, Septuagesimo, Sexto, designauera mus:
Ottomannicâ autem tum appropinquare uolente
potentiâ, ad prælia euocati, Terminum ad reditum
Nostrum prorogaueramus, reuersiq; et peracta eius
dem expeditione, atq; terminatis Generalibus Regni
Comitijs, memoratum Illustrissimum Ducem Domi-
num Iacobum præfato per Legatum Suum Generosum
Euldum

Iuncty pro commissa-
rios homagium

Gnõi
Supremo Capitaneo

Fr. Michaelis
per commissarios

Iterum Rex
Varsauiam 1676

Iuncti Homagio

pro Comitia.
ad reditum huius

ex Ottomanica
ex prædicta

Gualdum Pfeilitzer, nominatum Franck Cancellarium & Supremum Consiliarium Suum, Fidelitatis & Subiectionis Iuramento, ad easdem Terras, Ciuitates, Oppida, Arces, possessiones, ac praeminentias, Iuraq; omnia, & singula, tradito more Solenni Feudali vexillo inuestiueramus. Vbi uero elapsis aliquot post annis, idem Illustrissimus Dominus Iacobus Dux vitâ functus fuerat, Filius Illustritatis eius Illustrissimus Princeps Dominus Fridericus Casimirus, ad quem Successorio Ordine & Iure Primogenitura ex Pacto & prouidentia Proaui Parentis Patrui & Parentis ipsius Successio Feudi, quod Secundum Decretum Diui Praedecessoris Nostri Sigismundi Tertij, integrum & individuum, tam ratione Iurisdictionis, quam bonorum manere debet, Spectat: Confestim per Ablegatos suos humillimè petyt, ut Secundum beneficium Diui Michaëlis Regis Polonia, Antecedanei Nostri & Nostrum, Illustritatis eius, Illustrissimo Parenti Domino Iacobo concessum Homagium per Legatos Praestare, Inuestituramq; super Auitum & Paternum Feudum Suum Curlandiae & Semigalliae Ducatûs, a Nobis humillime recipere posset. Cumq; Nobis abinitio Regiminis Nostri cordi fuerit Illustrissimos in Liuonia Curlandiae & Semigalliae Duces, totamq; adeò Ducalem Domum, pari gratiâ Regiâ, quâ Sereniss. Antecessores Nostri soliti sunt, prosequi, & fouere: Ideò clementissimè annuimus ut Confirmationem Iurium & Ducalem Feudi

Inuestituram

Gualdum Pfeilitzer nominatum Franck Cancellarium per commutationem

elapsis aliquot annis Iacobo morte

Successio Feudi per Casimirum primogenitu

Inuestituram per Legatos à Nobis acciperet, Actuiq;
huic solenni peragendo, tempus duarum Septima-
narum, ante Generalia Regni Comitia denomina-
uimus; Hâc declaratione Nostrâ Regiâ, gratys Sub-
mississimis, ab Illustrissimo Principe Domino Fride-
rico Casimiro exceptâ, temporeq; denominato adue-
niente Illustritatis eius Legati Generosi Christophorus
Henricus Liber Baro de Puttkamer, Supremus Ducatûs
sui Praefectus, & Dietericus ab alten Bockun Supremus
eiusdem Mareschalcus, Supremiq; Consiliarij Sui
Varsauiæ comparuerunt. Quoniam autem obiti-
nerum difficultates, aliaq; prapedimenta, Nos tribus
diebus saltim, ante memorata Comitia huc perue-
nimus, Terminum eundem ad diem Vigesimam
Quintam Mensis Martij, Anni nunc currentis
prorogauimus. In quo dum modo Nominati Le-
gati non solum petitum Illustrissimi Ducis Friderici
Casimiri iam prafatum omnis Subiectionis cultu
iterarunt. Verum etiam Nomini Illustritatis eius
Illustrissimorum Fratrum. Domini Ferdinandi,
& Domini Alexandri Ducum Postgenitorum, hu-
millime rogarunt, vt in Casum deficientis aliquando
in Masculo Sexu Linea. Friderico Casimiro ad
Illustrissimo Domino Ferdinando & Ferdinandine,
Illustrissimo Domino Alexandro earumq; Illustri-
tatum

Jus Simultaneæ investituræ

tatum legitimis Successoribus Masculis. Jus Simul-
taneæ Investitura, Secundum Jura Ducalia & Inue-
stituras Serenissimorum Poloniæ Regum Prædeces-
sorum Nostrorum & Nostrum in Tabulis Inuestituræ,
sartum, tectumq; conseruare quam clementissimè
dignaremur. Accessimus itaq; nunc ad acceptand um
Homagium, quod Nobis Illustrissimi Principis Domini
Friderici Casimiri Ducis, Legati dicti, coram Throno
Nostro Regio et in manibus Nostris, solenni ritu præ-
stiterunt, Feudalemq; Vexillum Jure gratiæ cum Inue-
stitura a Nobis humillime receperunt. Præmissa
igitur omnia rata & grata habentes, confirmantesq;
& de integro Solenni Inuestitura conferentes, quæ a præ-
dictis Serenissimis Prædecessoribus Nostris Regibus
Poloniæ, & Nobis, Vigore Pactorum & Inuestiturarum,
sub illarum Majestatum, & Nostris manibus, Sigillis
autem Regni, Magnique Ducatûs Lithuaniæ, Illustri-
tatis eius Proauo Gotthardo, Parentis Patruo Friderico
& Parenti ipsi Jacobo, iam antea data, concessa, &
collata sunt, nimirum Ducalem Titulum, ad instar
Illustrissimi Ducis in Prussia, cum omni dignitate,
Insignibus, Priuilegijs Ducalibus, ita vt Vasallus &
Feudatarius Princeps Noster, & Successorum Nostrorum
Regnique & Magni Ducatûs Lithuaniæ membrum sit,
itidemq; eius Posteri sint. Præterea vt à Diuo Regis
mundo

mundo Augusto Prædecessore Nostro, iam ante Illu.
stritatis eius Proauo Gotthardo quondam Duci, poste„
risq; eius legitimis Masculis, ex eius lumbis, linea
rectâ descendentibus, nominat& Ditiones, Possessio„
nes, Ciuitates, Oppida, Arces, Terra assignata& sine
infeudationis Solemnitate fuerunt, postea Verò, vi„
gore legitimæ Inuestituræ, à Serenissimis itidem„
Prædecessoribus Nostris Diuis, Stephano, Sigismun„
do Tertio, Vladislao Quarto, Ioanne Casimiro „
Michaële Regibus,& Nobis; Illustritatis eius Antecesso„
ribus Illustrissimis attributæ; Ita nunc Nos quoq;
Illustrissimo Principi Friderico Casimiro attribuimus,
damus, & conferimus. Primum totum illum Tractum
Curlandiæ & Semigalliæ, incipiendo à Salso ellari „
sursum Sequendo Fluuium Hylóa ascendendo ad
antiquos Limites, per Dominum Radziuilium inceptos,
& dispositos, inter Samogitiam, Lithuaniam & Prus„
siam ab vna, & Liuoniam ab altera partibus, versùs
Districtum Polocensem, ad Dunam Fluuium, de„
scendendoq; verò Duna vsq; in Mare Salsum: adeò vt
quidquid in istis Terminis cis Dunam, versùs Li„
thuaniam continetur, & ad Ordinem Liuoniæ Spe„
ctabat, nunc & in perpetuum apto Illustritatem eius,
ipsiusq; Hæredes, Masculos permaneat, curias Vide„
licet Bona & Nobilitatem quæ ad Arcem Dunabur
gensem

gensem ex hac parte Fluuij versus Lithuaniam Spe
Etarunt, Arcem Seelburgam cum toto Districtu: Cu
rias item Nobilitatem, & omne id, quod videlicet ex
hâc parte ad Arcem Aschera d Spectabat, Arcem Ba
ske Neuuguth, et ijs quæ ad arcem Kyrchholm perti
nebant, Arces item, Curias, & Oppida Mytau, Tuchum
Neuenburg, Doblega, Candau, Alsuagen, Schrunden,
Frauenburg, Zabell, tum & alias Arces, quæ Serenissi
mo Antecessori Nostro Diuo Sigismudo Augusto oppig
rat& fuerunt, Goldingen, Hasenpoth, Dieriben, Vinda
in Summa Octuaginta Millium Florenc, Arcem ver
Groben, in quinquaginta Millibus, Illustrissimo quond
Principi Alberto Marchioni Brandeburgen in Prussia
Duci, itidem oppignoratam, et illas quidem Summas
quemadmodum Diui Prædecessores Nostri in Diplom
tibus Suis remiserant, ita & Nos remittimus, adeoq; ut
prænominati Diui Prædecessores Nostri, Sua Illu
stritatis Antecessores, ità et Nos eius Illustritatem, le
gitimosq; eius Successores Hæredes Masculos exlum
bis eius linea recta prouenientes, circa totum istum
Curlandiæ & Semigalliæ Ducatum, cum dictis Terris
Ciuitatibus, Oppidis, Arcibus, & Curijs hac Inuestitura
renouatione pro Nobis & Successoribus Nostris in toto
conseruamus, ijsdem prærogatiuis & immunitatibus
quibus Illustrissimo Principi Iacobo & eius Antecesso

ribus

ribus antea collata fuerunt, sine Nostro Heredum ꝙs & Successorum Nostrorum Regum, & Regni Poloni & impedimento, ac praeiudicio. Pro Nobis verò & Sere„ nissimis Successoribus Nostris, Regno, Magnoꝙ Ducatu Lithuaniæ, reliquam Liuoniam, cum omni proprie„ tate, directo & vtili Dominio, omniꝙ mero & mixto Do„ minio, quemadmodum iam ante Diui Prædecessores Nostri Sigismundus Augustus, Stephanus, Sigismun„ dus Tertius, Vladislaus Quartus, Ioannes Casimirus & Michaël reseruauit, atqꝫ Nos reseruauimus, ita denuò reseruamus, retinemusqꝫ Salui Pactis Oli„ uensibus. Cumqꝫ inter cætera, & hoc inter Sereniss„ mum Prædecessorem Nostrum Diuum Sigismundum Augustum & Illustritatis eius Prouinum conuenerit, vt permutatione Episcopatûs Curoniensis pro Sonne„ burga Arce, Curijs Leall, & Madzell, Illustris Dux Ma„ gnus contentetur, & adeam rem prædictus Diuus Si„ gismundus Augustus, Serenissimus Stephanus, Sere„ nissimus Sigismundus Tertius, Serenissimus Vla„ dislaus Quartus, Serenissimus Ioannes Casimirus, Serenissimus Michael operam receperunt & Nos re„ cepimus, vt cum reliqua Curonia, Episcopatu Curon„ ensi quoꝙ sua Illustritas potiatur. Postea verò cum Viuente Duce Magno permutatio ea perfecta non fuisset, grauissima autem de Episcopatu eo Con„

Salvis Pactis Oliuensibus

Episcopatus Curonensis

poriat

troversia

trouersiâ, inter Diuum Decessorem Nostrum Stephanum & Serenissimum Daniæ Regem exorta. Tandem Sere-
nissimus quondam Daniæ Rex per Transactionem ex certis Conditionibus Serenissimo Decessori Nostro, Re-
gnoq; Ius Suum quod habere se in eo Episcopatu existimabat, cessisset, nihil hoc tempore Statuere, eâ de re possumus rem omnem in eo Statu, in quo ante sub Serenissimis Regibus, Sigismundo Augu-
sto, Stephano, Sigismundo Tertio, Vladislao Quarto, Joanne Casimiro, & Michaele Antecedanæ Nostris, & tempore Regiminis Nostri fuit, eam relin-
quendam censuimus, prout relinquimus. Saluâ nihilominus Commissione tempore Commodo, per Nos ad effectum deducenda. Neue etiam limi-
tum indiscussorum cum Vicinis Illustritas eius, Controuersiam, aut difficultatem habeat, Regiâ Nostra Authoritate curabimus, vt primo quoq; tem-
pore ad præscriptum Pactorum Posnoliensium, & posteriorum Vilnensium regantur, & certi constituantur in tota illa Vicinia limites. Interea verò neutra Pars alteri damnum inferat, aut litem & difficultatem moueat, pro eo vt hoc Priuilegio prædictorum Di-
uorum Antecessorum Nostrorum continetur. Cumq; Tractus Duna sursùm & deorsum limites inter Nos & Illustritatem eius constituat, Ius & æquitatis ratio postulat.

postulat vt medietate Fluuij in piscando et alijs com-
moditatibus eius Illustritas perpetuo gaudeat, quæ q3
Insulæ seu mediamnes, alteri parti viciniores sunt, apud, ean-
dem partem iuxta Priuilegia eorundem Diuorum Antecess.
sorum Nostrorum maneant, Monetæ etiam cudendæ fa-
cultatem ut a prædictis Diuis Antecessoribus Nostris, iam
ante Illustrissimo "dicto Auo, Parentis Patruo, & Parente eius
Illustritatis data est, Illustritati eius confirmamus, & de
integro conferimus, ac pondus & valorem communem Rei-
publicæ, & vt eius promiscuus & indifferens vsus sit, tam
in Regno & Lithuania, quam in Liuonia volumus, attamen
men ut ex vna parte Nostra effigies, uel insignia Regni,
Magnique Ducatûs Lithuaniæ, in altera Illustritatis eius
exprimantur. Si quid porro Illustritati eius, uenden-
dum, oppignorandum, permutandumue fuerit, Super hoc
Illustritati eius facultatem, libertatemq; concedimus, & vt
antea a Diuis Prædecessoribus Nostris concessum est, vta vi-
delicet vt ad nos et Serenissimos Successores Nostros
de eo primo loco deferatur. Nobisq; optio detur, si talem
oppignorationem ipsi acceptare uoluerimus. Sin
minus tum ad Illustritati eius liceat, cui volet, eta
tamen, vt tali oppignoratione nulla occasio dismem-
brationis à Republica, eorum Bonorum detur. Dabi-
mus quoq; operam, Secundum Priuilegium, prædicti
Diui Antecessoris Nostri, ut Si quando Ducatus

Vendere oder oppignorire

Estoned

Ducatus Estoniæ cum Ciuitate Renaliensi, aliquâ ratione, ad Regnum Nostrum Poloniæ adiungatur, ut Sua Illustritati, eius Hæredibus, & Successoribus legitimis, æqua porro uel in Bonis uel in pecunia concedatur, Sumptibus in ea recuperatione factis, ante omnia Nobis re-
fusis. Quod punctum non ad conuellenda Pacta Oliuensia, quæ inuiolabiliter obseruare volumus, referendum est, Sed ut Vigori, atq; obseruationi Inue-
stiturarum, in casum inopinatum (quem Deus auertat) caueatur: Deniq; Illustritati eius Iurisdictionem
Iurisdictionem totalem, pro eo, ut in Priuilegijs Diuorum Prædeces-
sorum Nostrorum continetur, iuxta Leges & consuetudines
mores q; antiquos confirmamus, & denuò concedimus; & illis qui eius Illustritatis Iurisdictioni subiecti; & ratione domiciliorum Subditi eius erunt, & manebunt, ad Suum tantum Principem prouocabunt. In cau-
sis tamen grauioribus & maximi momenti, Iicebit No-
bilitati à Principe Suo, prout de Iure, et iuxta tenorem priorum Inuestiturarum, prouocare, Cauerat etiam Diuus Sigismundus Augustus, Antecessor Illustri-
tatis eius piæ memoriæ Proauo, cum ante Sexennali bello, tam suæ Illustritatis, quam & Nobilitatis Ciui-
um uires exhaustæ essent relaxata ut esset sua Illu-
stritas, & Nobilitas, ab onere belli, & ut hoc saltem præ-
starent, & mitterent quod commodè pro modulo

Suo

Suo posset, Alio autem tempore eam habendam rationem, quam Illustrissimi olim Ducis in Prussia Diuus Stephanus verò Rex Decessor Noster, se quoq; pro eo bello, quod tum gerebat ys copijs, de quibus cum Illustritate eius sibi conuenerit, contentum fore promitte. bat. Staq; quamuis Nobis de eius Illustritate persua. deamus, quæ cum Nobilitate Sua, possit Nobis non grauatim præstare, tamen eo clariorem, quod sua „ Illustritas Nobis præstare teneatur, declararationem ita prout inter Seremitatem Suam Prædecessorem No„ strum ac Illustritatis suæ Parentem, conuentum fuerat, inter Nos, et eandem etiam Conuenit Quod in posterum in vim perpetuæ obligationis erit obseruandum: Ut

onem. Illustrissimus Dux Fridericus Casimirus, eius Succes„ sores & Feudi Hæredes pro hâc Nostra in se beneficentiâ tempore Expeditionis bellicæ, vnam Cohortem Equitũ cum Seruitijs Equestribus Nobilium, quotes ys opus „ fuerit, intra fines Ducatûs Curlandiæ & Semigalliæ præstet, quotes Verò publicâ aliqua necessitate bellicâ postulante, in Regno publica Contributiones decretæ fu„ erint, totes Dux Fridericus Casimirus Summam Decem Millium Florenorum Polonicalium in Thesaurum Reipublicæ inferet, & Successores illius inferre tenebun„ tur hoc videlicet pacto. Quod licet vna Siue plures Con„ tributiones in Generalibus Comitijs scisceren tur

Dux

Dux Fridericus Casimirus in locum siue vnius, Siue
plurium prætactam Decem millium Florenorũ Polo-
nicalium Summam, et non plus, acceptã desuper Lu-
etatione Dominorum Thesaurariorum cum suis Succes-
soribus pendere ac soluere adstrictus erit, Secus verò
si publicâ Expeditione sic exigente, Dux Fridericus Ca-
simirus Vasallagium Equitum cum suis Nobilibus Siste-
ret, in hoc casu, pro eo tempore, etiamsi Contributiones
in Comitijs scitæ fuissent, liberum & immunem eundem
Ducem Fridericum Casimirum, & ipsius Successores
a persoluenda Decem millium Florenorum Polonicalium
Contributione fore debere, declaramus. Alias etiam
Cautiones, et conditiones, de quibus inter Serenissimum
Regem Vladislaum Quartum Antecessorem Nostrum
conuenerat, quæ specialibus Scriptis Illustrissimo
Principi Iacobo sub illius Chirographo, & Sigillo con-
tinentur debebit Illustrissimus Princeps Fridericus
Casimirus ac eius Successores obseruare. Postremo cum
iam ante Illustrissimus olim Proauus Illustritatis
eius, præcessarijs & iustissimis de causis, se Ditioni
atq; Imperio Serenissimorum Prædecessorum Nostrorum
& Successorum Regni, & Magni Ducatũs Lithuaniæ
subiecerit, extrema Magni Moschorum Ducis iniuria,
vi, atq; oppressione hostili impulsus. Frustra per Annos

3

Complures

Complures implorato Romani Imperij ope, ac Subsidio
iam per longissimum temporis Spatium ueluti pro de-
relicto habitus, sub Ditione Polonia Regum Anteces so-
rum Nostrorum, & Nostra, nulla cum contraria perman-
serit. Nos quidem futurum non iudicamus ut eius
Illustritati eo nomine Controuersia, aut molestia ulla
afferatur, verum tamen si qua allata fuerit, qua cum
labe aliqua nominis, aut aliquo detrimento, coniuncta
sit. Nos ui eo Regio Nostro Officio, quod in defendendis
Subditis Nostris uersari non ignoramus, minime defu-
turi Sumus, quodq; Serenissimos Predecessores Nostros,
in Causa Illustrissimi quondam in Prussia Ducis Alberti
egisse intelligimus, agere minimè prætermittemus
defensionemq; contra hostem omnem, qualiscunq; fan-
dem ille fuerit, prestabimus, & Successores Nostri pre-
stabunt, Ipse uero Illustrissimus Dux pro hac Serenis-
simorum Predecessorum Nostrorum, & Nostra in se
beneficentia, quacunq; Vasalli & Feudales Principes
erga suum, naturalem, Superiorem, & directum Do-
minum, fidelitatis, obseruantiæ, Seruitiorum què
Studia & Officia prestare tenentur. Illustritas eius
erga Nos, Regnumq; & Magnum Ducatum Lithuaniæ
præstabit, itidemq; Hæredes legitimi, in hoc Feudo
Successores prestabunt. Nosq; Vicissim Eius Illustri-
tatem, et Hæredes & Successores omni patrocinio, amore
& benevolentia

Parmaniu amar
et benevolentiæ
Regi pollicet
Illmo Duci.

& beneuolentia Boni Regis, & Supremi, Directiq; Domini
complecti, & in Iuribus, immunitatibus & Priuilegijs
illorum seruare tenebimur, & Successores Nostros tene-
buntur. Insuper quoq; si cubi accidat, deficere ali-
quando in masculo Sexu, Lineam Friderico Casimiri-
anam, eum in casum Illustrissimis Principibus Do-
mino Ferdinando & Ferdinandina, Domino Alexan-
dro Illustrissimi olim Jacobi in Liuonia, Curlandia
& Semigallia Ducis, Filijs, earumq; Illustrium Suc-
cessoribus masculis ex lumbis Illustrium earum, legi-
time descendentibus, Ius Simultaneæ Inuestituræ, Se-
cundum Iura Ducalia prioresq; Inuestituras a Sere-
nissimis Prædecessoribus Nostris Diuis Polonia
Regibus, et Nobis concessas, sartum, rectumq; reser-
uamus, ac Conseruamus, integrumq; earum Illustri-
tatibus maneat, Vigore Diplomatis primeua Subie-
ctionis & cæterarum Inuestiturarum, ad exemplum Prä-
decessorum suorum, quandocunq; locus & copia aper-
tura Feudi Ducatûs Curlandiæ & Semigalliæ fuerit,
modo memoratum Feudum, a Nobis & Serenissimis
Successoribus Nostris Regibus Poloniæ uti Naturalibus
& Directis Dominis petere, Iuramentum fidelitatis,
Subiectionis præstare, modo Successorio aggredi, &
plenarie absq; tamen omni Ducatus dismembratione
possidere,

Extincta linea Friderici Casimiri Ferdinandy

ad Lucanby

jus Simultaneæ Inuestituræ

integrum manet.

vigore Diplomatis primeuæ Subiectionis et Inuestiturarum

3

possidere, omnibusq; Iuribus Ducalibus realiter frui,
attamen vt & earum Illustritates ea Fidelitatis & ob-
seqvij Officia, qua à futuris Vasallis requiruntur, pra-
stent, et prastare obstrictiisent. In quorum omnium &
Singulorum fidem, praesentes Literas Manu Nostra
Subscripsimus, & Sigillis Regni, Magniq; Ducatûs
Lithuania munirimandauimus. Datum Var-
saviæ Die Vigesimâ Quinta Mensis Martij Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo.
Tertio, Regni uero Nostri Anno Nono. Presen-
bus Reuerendis in Christo Patribus Dominis, Joan-
ne Mattachowski Cracouiensi Duce Seuerie. Ste-
phano Pac Vilnensi, Stanislao Witwicki Lucco-
riensi, & Brestensi, Casimiro Opalinski Culmensi &
Pomesaniæ; Stanislao Swiętcicki Chelmensi; Sta-
nislao Woienski, Camenecensi, Episcopis. Magni-
ficis & Generosis Felice Potocki Cracouiensi, Casimiro
Sapieha Vilnensi, Exercituum Magni Ducatûs Lithua-
niæ Supremo Duce, Martiano Oginski Trocensi, Joanne
Odrowąż Pieniążek Syradiensi, Nicolao Sieniawski
Volhynensi Campiductore Exercitûs Regni, Martino
Zamoyski Lublin? Joanne Oginski Polocensi, Campi-
ductore Exercituum Magni Ducatûs Lithuaniæ
Chmielowicki Wrepscensi, Jacobo Szczawinski
Inowladislaë

d 25 marty
An. 1683.

Inoula dislauien^; Stanislao Jablonowski Russiæ
Supremo Exercituum Regni Duce; Franasco Bielinski
Mariaburgensi, Palatinis. Alberto Breza Po-
snaniensi; Carolo Luzecki Podlachiæ, Vladislao Los
Culmensi; Martino kącki Leopoliensi; Francisco Dzi-
duszycki Camenecensi; Ottone Felkierzon: Livoniæ Castella-
nis: Stanislao Lubomirski Supremo Regni Mare-
schalco, Joanne Comite in Pieskowa Skała Wielopolski
Regni, Minoris Poloniæ Generali, Christophoro Pac
Magni Ducatûs Luthuaniæ Supremis Cancellarijs:
Joanne Gninski Regni, Dominico Duce Radziwił Ma-
gni Ducatus Lithuaniæ Vicecancellarijs Andrea Mor-
styn Regni, Benedicto Sapieha Magni Ducatus Lithua-
niæ Supremis Thesaurarijs Hieronymo Lubomirski
Mareschalco Curiæ Regni; Venerabili Francisco Pra-
gnowski Secretario Regni Maiore Gninski
Abbate Wągrowiecensi, Regni, Eustachio Łotowicz
Magni Ducatus Lithuaniæ Spiritualibus. Bonaven-
tura Krasinski Regni, Brzostowski Magni
Ducatus Lithuaniæ Sæcularibus Referendarijs Ra-
phaele Leszczynski Regni, Equestris Ordinis ac Emi-
tys moderns Directore, Josepho Stuszka, Magni Du-
catus Lithuaniæ Vexilliferis, Alexandro Polanowski
Regni, Joanne Bokun Magni Ducatus Lithuaniæ

Dapifers

Dapiferis, Marco Matczynski Regni, Francisco Sapieha Magni Ducatûs Lithuania Stabulorum Prafectis, Georgio Boguslao Fredro Regni, Ernesto Donhoff Magni Ducatûs Lithuania Venatoribus, Andrea Modrzewski Curia Regni. Leone Sapieha Curiæ Magni Ducatûs Lithuania Thesaurarijs. Francisco Patecki Curiæ Regni Prafecto, Felice Morstyn Stabuli Magni Ducatûs Lithuania Viceprafecto. Venerabilibus Andrâ Zatuski Gnesnensi & Sacra Regia Majestatis Cancellario, Nominato Episcopo Kijouiensi; Wladislaviensi, Casimiro Szczuka Paradisiensi, Boguslao Leszczynski Cracouiensi, Nicolao Swrzycki Trgemesnen, Ignatio Gninski Cronouiensi Abbatibus, Michaele Zebrzydowski Canonico Cracouiensi, Sereniss.mi Principis Jacobi Cancellario. Nicolao Poplawski Plocensi Varsauiensi Decano, Alberto Orzbosz Varsauiensi, Adamo Sarnowski Præposito Lencicien, Varsauien, Louiciensi Canonico &c: &c: &c: Nec non Generosis Sebastiano Pilbasiewski Instigatore Regni Stephano Hankiewicz Regni, Casimiro Puchalski Magni Ducatûs Lithuania Decretorum Notarijs, Martino Oborski Luciensi, Joanne Stanislao korzeniowski Korcianensi, Minoris Cancellaria Regni

Regente

Regente: Joanne Pzbicki Ustensi, Joanne Bu.
thler Drohicien: Athanasio Miączinski Luceorien:,
Casimiro Sapieha Brestianensi, Georgio Jordan Bre.
censi, Francisco Wessel Rozanensi Capitaneis.
Stanislao Matachowski Syradiensi, Stanislao Szczuka
Visnensi Pocillatoribus, Nicolao Szulc: Matthia La.
dowski Metrican: Regni Cancellariæ, alijsq; quam
plurimis Senatoribus, Dignitarijs, Officialibus Regni
& Magni Ducatûs Lithuaniæ, Nuntijs Terrestribus, Au.
licis, Secretarijs. Joannes Rex. Sigillum pensile
majestaticum Cancellariæ Maioris, in pxidi argentea
deaurata. Christophorus Taranowski Gracovien:,
Varsavien: Cancus R.a Mtis, Secretarius. Sigillum
similiter pensile Minoris Cancellariæ Magni Du.
catûs Lithuaniæ Gabryel Matheus Holownia Se.
kretarz Je.K.Mci Quod Suprascriptæ Diploma Inue.sti.
turæ Illustrissimi Domini Friderici Casimiri in Li.
uonia Curlandia & Semigallia Principis Nos ratum &
gratum habentes haberiq; ab omnibus volen:, ad Acta
præsen: Metrices Regni suscipi, ysdq; inscribi, & in.
grossari, atq; Originale retrò offerenti extradi man.
damus de quo pæsen: Cancellariæ Regni Maioris
quietat Nicolaus de Chwalkowo Chwalkowski Celsissi.
mi Ducis Curlandiæ ad Aulam Polonam Residens.

Incuus

In cuius rei fidem &. Actum Varsauiæ Feriâ Secunda
post Dominicam Lætare Ludouicæ sesimalem proximâ
Die Vigesimâ Nonâ Martij Millesimo Sexcentesimo
Octuagesimo Tertio. Relatio Illustrissimi Domini, Dñi
Joannis Comitis in Pieskowa Skała & Zywiec Wielo-
polski Supremi Regni Cancellarij, Minoris Poloniæ Præsi-
dis Cracouien:, Dolmen:, Neoforien:, Bochnen: &c: Capitanei
Leas quid præinserti Diplomatis Literas, prout in
Actis Metricis Regni continentur Nos ex ijsdem Actis
de Verbo ad Verbum describi, et Parti affectanti Au-
thentica extradi permisimus. In quorum fidem præ-
sentibus Sigillum Regni est appressum Datum Varsauiæ
Feria Tertia infra Octauas Festi Sacratissimi Corpo-
ris Christi Domini Die Sabbati Tertia Mensis Junij
Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Nonagesimo
Octauo. Regni Nostri Anno Primo.

Relatio Illustrissimi & Reuerendissimi in Christo Patris Domini Georgij Albrachti Donhoff Dei & Apticæ Sedis gratiâ Epi Præsulensis Abbatis Ortouien: perpetui Administratoris Propti Plocen: Supremi Regni Cancellarij

Thomas Jelmuntskij
Saene Regiae Mtis Secretarius

Extractum ex Metrica Regni Cancellariæ Illustrissimi Ducis Curlandiæ

1698 – 3 Junij

1709

Extractum ex Metrica Regni
Investiturae Ducis Curlandiae.